

niren/ quod est interveniente pretio aliquem ex hostium manu liberare. Et sic haftenus demonstravimus voce ἐξαγοράζειν, ejusque Synonymis modum Redemptionis nostræ in genere indicari.

§. II. II. Exprimit Apostolus modum, quo redempti sumus, *speciatim* his verbis: γινόμενον ὑπὲρ ἡμῶν κατ' ἔρα, *factus pro nobis maledictum seu execratio*. h. e. κατ' ἔρατ, sive ut sequitur apud Apostolum & habent LXX. ἴπικατ' ἔρατ, infestus, invisus, execrabilis, exitiabilis, abominandus, detestandus, & ut vulgo loquimur *maledictus*, & quidem summè, quasi dicat, (ut Thomas Aquinas monet) *factus est ipsa maledictio*. Synonyma sunt; κάρμα, ὠσμάρμα, fax, excrementum, sordes undique everrendo collectæ 1. Cor. IV, 13. ὠψήμα, scobs, vel quod radicitus debet extirpari ibid. ἀνάθεμα, Gal. I, 8. res execrata & diris devota, vel homo à communione mortalium planè exclusus, diisque inferis consecratus, ut *Budeus* in Pandectis sive Commentario Linguae Græcæ, exponit, vel quod in cippis seu columnis eorum detestatio proscribi solita sit, ut olim templorum & hodie Curiarum valvis diræ Excommunicationum Ecclesiasticarum sive Politicarum Proscriptionum ἀνάθεματ, seu effiguntur. βδελύγμα Luc. XVI, 15. abominatio, execratio. Dicere ergò vult S. Paulus, Christum factum esse pro nobis ἴπικατ' ἔρατον, imò verò κατ' ἔρατ h. e. *execrabilem*, & quod magis est, *execrationem ipsam*. Subinnuens omnium Execrabiliū Execrationem omnem fuisse in Christum congestam & directam, tanquam in circuli centrum. Abstractum enim pro concreto hoc loco ponitur, *Execratio pro execrabili* (ut & *peccatum pro peccatore* 2. Cor. V. 21.) cum singulari emphasi & energia. *Uti & in Latinâ Lingua, cum excellenter volumus aliquem significare scelestum, vocamus eum scelus*, inquit B. Lutherus Comment. poster. in Epist. ad Gal. fol. 351. b. Tom. V. Lat. Witteb,

§. 12. Dicitur Christus γινόμενον κατ' ἔρατ. Vox γενέσθ propriè notat *feri*. Ut autem λόγος verè σὰρξ ἐγένετο, *caro factus est*, Joh. I, 14. γινόμενον *factus est ex semine Davidis secundum*